UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XXXV. De Thoma Monacho qui stulitiam pari modo simulavit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

verſæ. Sed & plurima alia ab eo geſta ſunt, quæ peculiare opus deſiderant.

A δὲ καὶ ἕτερα πέπραχεν, ἃ καὶ πραγματείας ἰδιαζούσης δεῖται.

Cap. XXXV.

De Thoma Monacho, qui ſtultitiam pari modo ſimulavit.

FUit etiam ea tempeſtate Thomas quidam, qui in Cœle Syria idem vivendi genus excolebat. Hic aliquando Antiochiam venit, annuum ſtipendium accepturus ad monaſterii ſui alimoniam. Hoc autem ſtipendium, ex reditibus Antiochenſis Eccleſiæ præberi conſueverat. Quodam igitur die Anaſtaſius, qui erat œconomus ejuſdem Eccleſiæ, ſupradicto Thomæ, quoniam frequenter ei moleſtus fuerat, colaphum incuſſit. Quod factum cùm indigne ferrent qui aderant, Thomas nec ſe accepturum amplius quidquam, nec illum daturum eſſe dixit. Utrumque porrò ita evenit, Anaſtaſio poſtero die è vivis ſublato; Thoma verò inter redeundum in hoſpitio infirmorum, quod eſt in ſuburbano Daphnenſi, ad im̃ortalem vitam tranſlato. Cujus cadaver ſepultum eſt in monumentis peregrinorum. Sed quoniam uno & altero poſt illum ibidem ſepulto, corpus Thomæ ſemper ſupra illos exſtabat: Deo ſcilicet etiam poſt mortem illius maximum edente miraculum: reliqua enim cadavera ſubmovebantur longius ac repellebantur: incolæ ſanctum virum admirati, Ephræmio rem nuntiant. Tum verò ſacrum ejus corpus publica feſtivitate ac ſolenni pompa Antiochiam deportatum eſt, & in cœmeterio honorifice deponitur, cùm peſtilentem morbum qui tum graſſabatur translatione ſua diſpuliſſet. Hujus diem feſtum Antiocheni ad noſtra uſque tempora quotannis magnifice celebrant. Verùm ad propoſitum hiſtoriæ ordinem revertamur.

Κεφ. λε'.

Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ, καὶ αὐτοῦ ὁμοίως προσποιουμένου σαλοῦ.

ΗΝ δὲ τηνικάδε καὶ Θωμᾶς τόνδε διαθλεύων τὸν βίον, ἀνὰ τὴν κοίλην Συρίαν, ὃς πρὸς τὴν Ἀντιόχου γέγονε τὴν ἐπέτειον χορηγίαν κομιζόμενος τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς. ἐτέτακτο δὲ ἐκ τῆς αὐτόσε ἐκκλησίας. τοῦτον ὁ Ἀναστάσιος οἰκονόμος τὴν ἐκκλη-
B σίαν, ἐπειδὴ συχνῶς αὐτὸν ἠνώχλει, τῇ χειρὶ κατὰ κόρρης ῥαπίζει· καὶ δυσαναχετούντων τῶν σφίσι παρόντων, ἔφη, οὔτε αὐτὸν ἔτι λήψεσθαι, οὔτε τὸν Ἀναστάσιον δώσειν· καὶ ἄμφω γέγονεν. Ἀναστασίου μὴν μεθ' ἡμέραν μίαν τὸν βίον καταστρέψαντος· Θωμᾶ δὲ ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ ἀνὰ τὸ προάστειον Δάφνην ἐν τῇ ἀποπορεύσει πρὸς τὸν ἀγήρω μεταστάντος βίον· οὗ τὸν νεκρὸν ἔθεντο ἐν τοῖς τῶν ἐπηλύδων τάφοις. ἐπειδὴ δὲ ἑνὸς καὶ δευτέρου τεθέντων, ὑπερθεν αὐτῶν τὸ αὐτοῦ σῶμα
C γέγονε, μέγιστον θαῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ θάνατον αὐτὸν ἀναδεικνύντος· ἀπεπέμποντο γὰρ μακρὰν ἀποκρουόμενοι, θαυμάσαντες τὸν ἅγιον, Ἐφραιμίῳ διαγγέλλουσι. καὶ μετὰ δημοτελοῦς ἀγερωχίας, καὶ πομπῆς, μετακομίζεται ὁ πανάγιος αὐτοῦ νεκρὸς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἔν τε τῷ κοιμητηρίῳ τιμᾶται, τὴν τηνικαῦτα φοιτήσασαν λοιμώδη νόσον τῇ μεταθέσει παύσας· οὗ καὶ τὴν ἐτήσιον ἑορτὴν μέχρις ἡμῶν παῖδες Ἀντιοχέων μεγαλοπρεπῶς ἄγουσιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον
D τοῦ λόγου τὴν ῥύμην μεταγάγωμεν.

Cap. XXXVI.

De Mena Patriarcha, & de miraculo quod factum eſt in puero cujuſdam Hebræi.

ANthimo, uti ſupra à nobis dictum eſt, ex Conſtantinopolitana ſede ejecto, Epiphanius in ejus locum ſucceſſit. Poſt Epiphanium verò Menas Epiſcopatum illum ſortitus eſt. Cujus temporibus miraculum quoddam contigit inprimis memorabile. Vetus eſt conſuetudo Conſtantinop. ut quoties

Κεφ. λϛ'.

Περὶ Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ γεγονότος τοιούτου θαύματος εἰς τὸ τοῦ Ἑβραίου παιδίον.

ΑΝθίμου ὥς μοι λέλεκται, τοῦ θρόνου τῆς βασιλίδος ἐκβεβλημένου, Ἐπιφάνιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. μετὰ δὲ αὖ Ἐπιφάνιον Μηνᾶς, ἐφ' οὗ καὶ θαῦμα γέγονε λόγου πολλοῦ ἄξιον. ἔθος παλαιὸν βούλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅτ' ἂν πολύ τι